



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

375. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

172 R E G I N O N I S L I B . I .  
menta jurentur. [ *Vide lib. 4. Capitular. c.*  
*28. & Capitulare Riculfi Suesson. cap. 18.* ]

*Ex Capitularium lib. 1. cap. cxxxix.*

Lib. 1. Capi-  
tular. c. 145.  
Burchard. lib.  
2. c. 86.

C C C L X X V . Mercatus die dominico in  
nullo loco habeatur. [ *Vide lib. 2. Leg. Lon-*  
*gobardor. tit. 49. cap. 1.* ]

Ut nullus Episcopus vel infrā positus die  
dominico causam judicare præsumat.

*Ex Concilio Tarragonensi.*

Concil. Tar-  
rac. c. 4.  
Burchard. lib.  
2. c. 87.

C C C L X X V I . Ut nullus Episcoporum  
vel Presbyterorum vel Clericorum die domi-  
nico propositum cujuscunque causæ negotium  
audeat vindicare , nisi hoc tantū , ut Deo  
statuta sollemnia peragantur.

De festivitatibus anni. *Ex Capitularium*  
*lib. 11. cap. xxii.*

Lib. 2. Capi-  
tular. c. 35.

C C C L X X V I I . Festos dies in anno ce-  
lebrare sancimus , id est , diem dominicum  
Paschæ cum omni hebdomada , diem Ascen-  
sionis Domini , Pentecosten similiter ut in  
Pascha , Apostolorum Petri & Pauli diem  
unum , nativitatem sancti Johannis Baptista ,  
Assumptionem sanctæ Mariæ , sancti Michae-  
lis , sancti Remigij , sancti Martini , sancti An-  
dreæ , in Natali Domini dies quatuor , Octa-  
vam Domini , Epiphaniam Domini , Purifica-  
tionem sanctæ Mariæ ; & illas festivitates  
Martyrum vel Confessorum observare decre-  
vimus quorum in unaquaque parrœchia cor-  
pora requiescunt. [ *Vide lib. 1. Capitular. c.*  
*164. & lib. 6. c. 186.* ]